



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Archiepiscopatus Et Electoratus Trevirensis**

**Abtei Sankt Maximin <Trier>**

**Avgvstae Trevirorum, 1633**

Littera E. N.1. Epistola S. Bernardi, In ordine epistolarum ipsius 179. ad  
Jnnocentium Papam pro Alberone Archiepiscopo Treuirensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62152)

68 CONFIRMAT. SENTENT. CONRADI. II.

boge. Euerhardus Comes de Seyene, & frater eius Henricus. Hermannus Comes de Virneburg. Theodoricus Comes de Are, & patruus eius Vlricus. Florentinus Comes Hollandiæ. Simon Comes de Claraualle. Henricus Comes de Tuingen, Berngerus de Rauenstein, Bruno de Burcowe, Vlricus de Warthusen, Methfridus de Numage, & frater eius Eberhardus. Cuno de Malburg, Wiricus de Bectingen, Arnoldus de Serich, Vlricus de . . . . . Conradus de Bobbarden, Wolframus de Petra, Rudolphus de Eltz, Wilhelmus Marischalus, Gerardus de Esch, Ludouicus, Fridericus, Hermannus, & frater eius Walterus, Fridericus de Marceio. Godefridus de Bretscheidt. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Inuictissimi, Augusti. Datum Treuiris VIII. Idus Ianuarij, Indictione V. Anno Domini M. C. LVII. Regnante Gloriosissimo Domino Friderico Romanorum Imperatore Inuictissimo. Anno Regni eius V. Imperij verò II. Ego Reinaldus Cancell: vice Arnoldi Moguntini Archiepi & Archicancellarij recognoui.



Locus signi.

LITTERA E. N. I.

*EPISTOLA S. BERNARDI, IN ordine epistolarum ipsius 179. ad Innocentium Papam pro Alberone Archiepiscopo Treuirensi.*

N. 38.  
Instituit  
compara-  
tionem in-  
ter Archie-  
piscopum  
Alberonem

**Q**uomodo malitia vincit sapientiam? Nosti pie Dñe, nosti Treuirenses Archiepiscopum? Scio, quia nosti; Nosti & illum S. Maximini, non Sanctum Abbatem? Puto, quia non nosti; Quis dignior honore illo priori? Sic nemo confusione dignior isto sequenti: & tamen iste hono-

honoratus est, ille opprobrio datus. Quid peccauit Archiepiscopus? prædam Ecclesiæ suæ recuperauit, captiuam Ecclesiam, de manu laica liberauit. Nunquid, pro bono, redditur malum; & odium, pro dilectione? Hic, quæso, hic euigilet oculus pietatis, & semotis paulisper occupationibus, consideret; quantum subreptum sit ei: ut talis, qualem pudet dicere, talem qualem tu ipse nosti, faciat opprobrium vicinis suis, inimicis tuis; Piissime Pater, affectus filialis loquitur. Hucusque condoluimus misero & miserabili Archiepiscopo. Verum ex hoc iam, si non fuerit emendatum, dolor cordis nostri & compassio ex intimis medullis, tota transibit ad illum, per quem potuit emendari. Sunt & aliæ læsiones præfati Viri, quas cum ei alleuiaueritis, Nobis procul dubio laborabit. Quicquid dulcissimi Domini mei nomen decolorat, cor meum exoriat.

& Abbatem S. Maximini, quoad merita.

N. 39. Admonitio S. Bernardi ad Pontificem.

Littera E. N. 2.

EPISTOLA S. BERNARDI, IN ordine Epistolarum ipsius 180. ad Innocentium Papam pro Alberone Archiepiscopo Treuirensi.

Iterum supplicatio, iterum preces, & decies repetitæ non desinent. Non desistimus, quia non diffidimus: Bonam causam habemus, & æquum Iudicem, qui non cunctabitur euacuare, quod surreptum est, cum apparebit, quod verum est, nec poterit inde ridere, qui voluit irridere: sed ut scriptum est, mentita est iniquitas sibi. Hoc solet habere præcipuum Apostolica Sedes; ut non pigeat reuocare, quod à se fortè deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum. Res plena æquitate, & laude digna, ut de mendacio nemo lucretur, præfertim apud Sanctam & Summam Sedem. Hæc sciens,

N. 40. S. Bernardus de bonitate causæ & Iustitiæ non diffidit.